Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Bur.
1443.

Ludouici Heliani Vercellensis Christianissimi Francorꝝ Regis Senatoris: ac oratoris de bello suscipiẽdo aduersus venetianos & Turcas oratio / Maximiliano Augusto / in cõuentu Pręsulũ: Principum: Electorꝝ: & ciuitatum Romani Imperii dicta in Augusta uindelica IIII. Idus Aprilis. Anno a partu yirginis Millesimoquingentesimodecimo.

1510

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Iacobus Bannicius a Cæsareis Secretis Stephano Ponchierio Reuerendissimo Ep̃o Parisiensi Salutem.

Lodouicus Helianus: qui a Christianissimo Francor̃ Rege uestro hic apud inuictissimũ Cæsarẽ nr̃m oratorẽ agit/habuit orationem de Cæsare: proceribus: Germanisq; omnibus aduersus venetianos: ac Turcas cõcitandis: deq; factiosis quibusdã conciliũ: ac Sanctissimam principũ confederationẽ interrũpere conantibus comprimendis. non memini audire: neq; legere orationẽ nostra tempestate priscor̃ oratorũ facundię propius accedentẽ. nam has nationes: maxime autẽ Cæsarem ipsum ad id iam bellum incumbentẽ non delectauit modo; atq; cõmouit: sed etiam affecit: & aduersus illas gentes armor̃ ardore uehementer inflãmauit: ac omniũ cõcursantium conatus pfregit. Cæsar uoluit: ut impressoribꝰ ederet. ego secuti dicta est: quę certe extemporanea est pro ea: quę mihi tecum est gratia: atque familiaritate eam ad te mitto: quem scio hoc dicendi genere delectari: & pollere: & plurimum posse. bene uale. ex Augusta uindelica Cal. Maiis. M.D.X.

Ex Bibl. Com. F. Széché. nyi.

Oratio

BEne ac reliq̃ se fecissent Veneciani Maximiliane auguste: si post multas ciuitates: ac regiones: quas: aut christianis ademerũt: aut ipsi Turcis per pactiones tradiderunt: aut occupare permiserunt: sanctissimã expeditõem quattuor Christianorũ principũ in excidiũ Turcę gentis: paratam excurrere passi fuissent. Hoc enĩ pacto & abolitionem ueterum pctõrum a deo ꝓmereri: & solidam grãm a principibus: christianisq; omnibus inire: & indelebiles uictorias ex hoste referre potuissent. nũc autem: quom christianos exercitus in Turcas: ad terrã sanctam Iherusalem ꝓgredientes armis impedire maluerint digni uisi sunt: qui a deo: & ab hominibus: qui ferro: & flamma: qui terra: mariq; dispergantur. Ego aũt qui ad agendas grãs ob res feliciter gestas: ad celebrandas uestras uictorias: uestrosq; triumphos me prę parabã: qui multos defendere: lędere neminẽ consueui: in has angustias deductus sum: ut: aut ab officio legationis mihi sit recedendũ: aut de improbitatibus: de dolis: de malemeritis Venetor̃ necessario: nõ sine magno dolore mihi sit dicendũ. quod si aliquor̃ aures offendunt debetis id necessitati temporis: ac malignitati illor̃ non meę cõsuetudini tribuere. quamq̃ uideor in ꝓposito defensionis prope modum perseuerare: nã quom Venetos accuso defendo infinitos mortales: Italiam totã: multasq; alias Prouincias: a quor̃ faucibus in libertatẽ reuocãdę sunt. defendo christianos orientales: quos ad manus Turcarum ꝓuenire: ac in morem uictimar̃ mactare ꝓmittunt. defendo ecclĩam Romanã: ad quã subuertendã

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

ut ipsi sua desideria consequant uocare Turcas: & quasi manus porrigere uident. Quare quom dico contra Venetos nolite me putare contra Venetos: sed contra Turcas dicere: neq; de bello Venetis inferendo: sed de bello a christianis ꝓpulsando: neq; de excidio Venetorꝫ: sed de salute christianorꝫ uerba facere. Sed qm̃ maiestate uestri Cesarei conspectus & tanta Pontificũ Principũ Ducum/Procerũ/ciuitatum frequentia amplissimi ordinis/celebritate loci/magitudine causę/ingenii si quid in me est imbecillitas maxime debilitat Clementissime cęsar in uestro uultu: in uestris oculis: in uestra humanitate: atq; benignitate totus acquiesco: recreor: refocillor. multitudine igitur: ac uarietate rerum obrutus multa consulto pretermittã: multa etiã sunt quę quamq̃ omnibus nota sunt a me tamen in dicendo ꝑtereunda nõ sunt: quę omnia dum breuiter expono: quęso benignissimas aures diligenter accõmodate. Narratio. Senatus igitur Venetianus: quom decreuisset omni scelere retinere: qd̃ per summũ nefas acquisierat: & quom certo sciret urãm Cæsa. maiest. fędus: ac societatẽ coniunxisse cũ Christianissimo nostro Francorꝫ Rege: ut bellũ aduersus christiani nominis hostes Turcas gereret: in qua quidem societate Sanctissimus dñs noster Iulius pont. max. & Aragonũ Rex catholicus includi etiã uoluerũt conscientia delictorꝫ: ac furiis agitatus exercitũ q̃m maximũ potuit comparauit. & Christianissimo nostro Francorꝫ Regi cũ socior̃ exercitibus se coniungerę ꝓperanti in ripa fluminis Abduæ totũ oppoſuerũt. Ibi fusi ac profligati Venetiani Patauiũ urbem magno ꝑsidio munierũt: quã urbem ve. Cęs. maiest. hieme instante nõ expugnauit at illi ferociores facti multa ex his quę amiserant recuperauerũt: longe plura q̃m unquã habuerunt nisi ꝓuideatur cõsecuturi. Italiã atq; omne occidentale imperiũ si istam tempestatem euaserint paulatim occupaturi. Quę omnia christianissimus Rex noster longe prospiciens simul: & auertere cupiens: si ve. Cęsa. maiest. deliberat illos bello prosequi: & tantos motus cõpescere: ne hanc patriã urãm: has fertilissimas & bellicosissimas regiones quas a maioribus uestris liberas accepistis posteris uris in seruitute relinquatis: & pro imperii & Romanę ecclesię salute & maiestate tuenda atq; augenda pollicet omne auxilium atq; opem quã amicus amico & frater fratri prestare tenetur: secdm Cameracensem confęderatõem: interurãs maiestates fctãm. & quid pollicetur: immo iam magnę eius equestres atq; pedestres copię cũ maximo tormentorꝫ apparatu hostilia męnia circũtonãt & manus cũ hoste conserunt. quod ut uestra quoq; Cęsa. maiest. & vos o Reuerendissimi ac Illustrissimi proceres & ciuitates Imperii Romani isdem uiribus atq; eadem celeritate uti uelitis tria ꝑcipue sunt quę uestros animos maxime mouere: atq; inflãmare debent. primũ spes Venetorꝫ: deinde Tyrannis: postea eorꝫ dę religione & christianis omnibus male merita de quibus si mihi a uobis tribui: concediq; sentiam breuiter dicturi sumus. Non enim est difficile in illis tam nefariis: tamq; fraudulentis vulpeculis: in tã audacibus tamq; superbis leonibus demonstrare ma-

Diuisio

De spe Venetorum Pars ꝑma

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

gnã ſpem fuiſſe Italię primũ: deinde Chriſtiani or-
bis ſubiuganti. nam ea omnia: quę ad id neceſſaria
ſunt abunde illis ſuppetunt potentia: doli: ac cupi-
ditas dominãdi: & ut paucis abſoluã. nã eos q̃ ſupe-
riori eſtate quattuor potentiſſimos principes Chri-
ſtianoꝝ in patentibus campis expectare ſũt auſi: &
collatis ſignis aperto marte dimicare profecto po-
tentiſſimos homĩes exiſtimare: & iudicare debem9.
quare ſinatis eos aliquantulũ creſcere At ſunt uicti:
ſunt dimminuti: ſunt quidẽ: ideoque ad extinguen-
dum faciliores: q̃z ſi eſſent integri. ſed niſi ueſtrę pe-
regrinant aures intelligere debetis quid iam recupe-
rauerint: ut ſe iam refecerint. quod ſi eos paululũ re-
ſpirare pmiſeritis: ut hanc unã calamitatẽ euadant:
uereor: ne ſcabrones/utaiunt/ irritaueritis. poterat
Hannibal: ſi uictoria uti uoluiſſet in Capitolio epu-
lari: poterant Galli ſenones ſi paulũ adniti uoluiſſẽt
Capitoliũ cum Romano nomine ſimul extinguere.
Vtriq; irritando ac dimmittẽdo Romanos ſuos: ac
omniũ rerum dominos effecerunt. quod niſi huius
uenenoſiſſimę: ac reſurgentis vipere: dum adhuc ti-
tubat: ceruices perfregeritis. prædico uobis: q; ſi nõ
tam cito: at profecto quandoq; ſi non uos certe ue-
ſtros ſucceſſores ſuo ueneno inficiet: ac ſpiris circũ
ligabit. Eſt p̃terea illis cõſiliũ domi: & ars ſenatoria:
deligunt excalidiſſimis: & uerſutiſſimis ſenatoribus
oratores: quos cum rętibus: hamis: & uiſco peregre
mittunt non ad piſces: aut aues irretiendas: aut in-
eſcandas: ſed ad fallendos: atq; decipiendos princi-
pum animos. Sanctus Antonius: aut: ut alii uolunt

Potẽtia yenetorũ.

Scabrones irritare.

Hannibal

Galli Senones.

Romani.

Doli venetorum.

S. Anton:

Paulus primus heremita in ſpiritu raptus uidit la-
queos: quos mali demones miſeris mortalib9 teten-
derant: & admiratus ſubtilitatem: & artificioſiſſimã
diſpoſitionem: & numerum laqueorum: ſi numerari
potuiſſent exclamauit: Ah clementiſſime deus: quis
vnquam hos euitare poterit: tot & tales ſunt laquei
venetorum: quos miſeris principibus p̃parauerunt.
Auctoritatẽ: pecuniã: urbes: ac puincias multas ue-
neti pdiderũt: ſupbiã: dolos: uaframẽta nõ amiſerũt
Ipſi hoĩes crudeliſſimi omnib9 cupiditatibus ſerui-
entes pponent uobis ante oculos cõmutationem
fortune: inſtabilitatem reꝝ humararũ: & rationibus
pholoſophicis: & ſcipiõis: Alexandri: Cæſaris: ac ali
orũ exemplis conabunt uobis clementiã pſuadere
animũ uincere: iracundiã in uictoria maxĩe cohibere
tũc deũ ac miſcd iam eius obteſtari: addent p̃ces: ad-
dent pecuniã: uos memineritis: ſic ulyxes fecit iſtos
Syrenũ cãtus: iſtas meretricũ cytharas ſurdis ac ob
turatis auribus præterire: & uti exemplo dei contra
Anthiocũ de quo legit. orabat ſceleſtus deũ: a quo
nõ eſſet miſcd iam cõſecuturus: quia ſunt illa dulcia
Circes pocula: illa eſca omnium maloꝝ: qua infęli-
ces principes deliniti in maximos errores primũ: de
inde in maximos luctus p̃cipitant. Age uero p̃ deſy
derio: & cupiditate dñandi: ſi iuſticię: aut honori ſuo
Si ulli hoĩm: aut deo ipſi unq̃m pepercerunt. Teſtis
eſt Iacobus Rex Cypri: quẽ accepta prius in uxorẽ
filia ſancti Marci: ah amara filia: & infauſtum matri
monium: una cum filiolo clam ueneno ſuſtulerũt: ut

Paulus pon Bercerin

Pecunia Ulyxe

Circes

cupiditas dominãdi yenetorũ.

Iacobus Rex cypri

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Cypri regno: ut insula nouẽ quondã regnorꝫ capace potirentur. Testes sunt Franciscus Comes Carmignola: & Bartholomeus Bergomates cognomento Coleo eorꝫ copiarꝫ Duces duo tũc in re militari prestantissimi: quorꝫ alteri ꝓpter facetũ aut cauillosum dictũ in media curia reorꝫ more securi caput amputauere. Bartholomeũ aũt ꝓpter ingentes opes bellica uirtute quęsitas etiã ueneno clam necandũ curauerũt. Testis est Patriarcha Aquileiensis quẽ Histria & dimmidia parte Venetię priuauerunt, Testes sunt iterꝫ duodecim canonici Aquileienses. quos parum fuit multis opulentis castellis & oppidis quę possidebant cũ uita simul spoliauisse/nisi in memoria tanti sacrilegii duodecim porcos pingues abraso collo die Iouis ante quadragesimã singulis annis in harena populo spectante gladiatoribus cõficiendos obiiciant. Testis est serenissimus Rex ungarorꝫ. cuius ꝓpe trecentas insulas: decem ciuitates episcopales: duas ꝓuincias Dalmatiã ac Liburniam: tot portus: quingenta circiter milia passuũ: maritimi littoris occupauerunt. Testis est Imperator Constãtinopolitanus & eius ꝓceres & finitimi Itali Cartariense: Scalenses/Mantuani/Ferrariẽses & Mediolanenses Duces quorꝫ alios magnis urbibus: insulis ac ꝓuinciis alios dimidia parte: alios omnibus bonis: alios etiã uita mulctauerũt. Testes sunt antecessores uestri Imperatores Romani: quos Patauio Vincentia: Verona deiecerunt. & Duces Austrię & uest. Cęs. maiest. quã Taruisio: Feltro: Concordia: Vtino: Tergeste: Coricia & omni possessione Italię penitus expulęrũt

Frãcisꝛcus comes carmignola Bartholomeus Coleo.

Patriarca Aqulieien xii. canonici Aquileienses.

Rex vngarorum.

Impator Constantinopolis Italie proceres. Imperatores Romani Germanorum. Duces Austrie. Maximilianus Augustus.

& conantem ad Imperatoriã coronã Romam profiscisci Iam xxiiii. annos armis retinuerũt. Testis est denicꝫ summus pontifex & s. Petrus ipe: qui ne se quocꝫ ceteris uicinis pulchriorẽ putaret Forꝫ Liuium Forꝫ Corneliũ: Fauentiã: Ariminũ: Rauennam abstulerũt. Et ut regno Sicilię potirentur quincꝫ urbes in Apulis ac Salentinis in laboribus Regum Neapolitanorꝫ interceperunt: inter quas Hydruntem: et Brundusium portu celeberrimo. Et qua arte Pisam usurpauerunt: ut per eã alterꝫ Italię latus: inferi maris affligerent. Florentiã paulatim atterere ent. Genuam ad primos motus cum una ex factionibus ingrederentur: Siciliam: Corsicam: Sardiniam Baleares: Narbonensem prouinciam: omnia littora Hispanie ad herculeum fretum uscꝫ classibus percurrerent: fatigarent: infestarent affligerent. Proh deus immortalis. quę Carybdis: qui Oceanus: tam uorax unq; fuit: q tot et tanta tam paruo tpe demergere ac deglutire potuerit Vix bene sunt centum anni quibus e suis paludibus incõtinentem egressi sunt: et longe plura suis prestigiis ac Sycophantiis circumscripserũt: quam Romani ducentis annis armis debellauerunt: capta aũt Italia putatis illos quieturos? num creditis illos animo atcꝫ superba mente iam diu agitasse quemadmodũ alpes transcenderent? ut Danubiũ: Rhenum: Sequanã: Rhodanũ: Thagum: hyberꝫ pontibus iungerent: & has in prouincias redactas exercitibus firmarent? nescit paterfamilias diues intra molestie se terminos cõtinere. gens igitur in domicilio superbię nata: quę omnifariam rerum copia superabundat. &

Summus Pontifex: S. Petrus.

Sicilie regnum:

Pisa.

Carybdis

Epilogi

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

multitudine Tyrannorꝫ tota ſcatet. homines e col-
luuione & fęce gentiũ in ueneticis paludibus cõgre-
gati: piſcatu primũ uiuentes: deinde ex piſcatoribus
inſtitores: atq; nauiculatores: ex his mercatores: ex
mercatoribus per latrocinia: p cedes & uenena: per
nefandiſſima ſcelera pulcherrimarũ rerum domini.
facti ſe cõtinebunt? certe nullo modo: ſed ſi eos ita
exacerbatos dimiſeritis: ſi paululũ ſe collegerint: ac
ſuas uires reaſſumpſerint progredientur: excurrent:
longius efferentur. Satis multa uerba feciſſe uideor
de ſpe venetorum. nunc de eorꝫ Tyrannide quędam
ſunt dicenda. Mare: quod omnibus gentib9 cõmu-
ne eſſe debet: aut ſi in alicuius bonis eſt Veſt. Cæſ.
Maieſtatis eſſe debet ſuũ eſſe dicunt. Et ſiue mariti
Thetydis ſint: ſiue uxores Neptunni ſingulis annis
illud deſponſauere annulo iniecto. Arrogantiam in
auditam elementa deſponſare. Legimus Tyrios: &
Carthaginẽſes: Rhodios: & Athenienſes: Romanos
& noſtra tempeſtate Genuenſes: tum xerxem illũ in
rebus maritimis exercitatiſſimos: peritiſſimos: ac
potentiſſimos fuiſſe: nemo tamen tam leuis gręcus:
aut tam temerarius barbarus inuentus eſt: qui mare
deſponſaret. & recte quidem? nam ex hoc matrimo-
nio nati ſunt uenetis liberi ab auidiſſimis: & crude-
liſſimis parẽtibus nõ degenerantes: inſaciabiles ba-
lenę: immanes Leſtrygones: Infandi Cyclopes: &
Polyphemi: qui ita mare obſident: atq; Infeſtant: ut
nulla monſtra maris: nulli ſcopuli: aut tempeſtates:
nulli prędones: aut Pyrrhate uehementius. bene ſci-

De Tyrannide venetorũ Pars Secunda.

Mare mariti thetidis. Sponſi Neptunni Deſponſant mare

Tyrii Carthaginenſes. Rhodii Athemẽſes. Romani. Genuenſes. Rhaguſaei.

unt hoc Rhaguſari: qui in limitibus Turcarum Ari-
ſtochratiã tenẽt munitiſſimã: quos uexando: & claſ-
ſibus opprinendo ad tãtam inopiam atq; deſpe ra-
tionem adduxerunt: ut ad Turchas confugere & il-
lis tributũ pendere coegerint. duo littora adriatici
maris italicum & illyricum ita inter ſe cõnexa: ut al-
terꝫ abſq; altero uix uiuere poſſit vſq; adeo diſiunx-
erunt ſuis peſtelentiſſimis edictis & pyrratis: ut in
ſyrtibus: in freto ſiculo aut in maxima tempeſtate
quicũq; deprehendi maluerint: q̃m adriaticum naui
gare. Itali in libertate & ad mare nati: mare ſpectare
potius: q̃m yti frui: nauigareq; poſſint. quot naues
illi predones expugnauerunt? dirripuerunt? publica
uerunt? quot diuites mercatores decoquere: ac cę-
dere bonis coegerunt? quot nobiles familias: & opu
lentas ciuitates euerterunt? Quid in Alexandria? in
Syria? Aſia? Gręcia? Aphrica? deniq; in omnibus ma
ribus infidelium faciant: quom neminem præter ſe
nauigare uellent: quantas turbas: quantas moleſtias
Chriſtianis negaciatoribus inferant longum eſſet
enarrare. Quid in terra? longe peius graſſantur.
Hi ſubditos ad ędificandas moles: ut iumenta ma-
teriam ferre cogunt: honera militię ſuſtinere: littora
les taurinis neruis ad remos ſubigunt: ingentes: &
cottidianas exactiones. & tributa exigũt. prætores
& gubernatores non Patauii aut Pariſii: ſed Tuente
aut ad Tanaim a pueris nutriti periti ſunt non legũ:
non philoſophie: aut noſtre religionis: ſed pecunia-
rum extorquendarũ: ſed morum immaniũ barbaro-

Romani

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Mahúmot.

tũ ac rituũ: Magmetidarum. miserrimũ esset habere unum aut duos tales dominos: quanto est miserius habere mille aut prope innumerabiles. hi ius dicũt: hi urbes ac ꝓuincias regũt: uel potius expilant: exhauriuntq;. & tamen neminẽ honore: neminẽ sacerdotio: neminem nobilitate eorum dignantur. putarent magistratus & prefecturas etiã minimas pollui si quispiam ꝑter Tyrrãnos quos nobiles & magnificos apellare oportet cõtingeret. non ingeniis: nõ fortune: non uirtuti ad dignitates locus ac uia patet Saluete: o Romani diuũ genus in uestra ciuitate uirtuti locus nunq;ʒ defuit: uos integras ciuitates Romana ciuitate donauistis. uos ad Senatum: ad consulatum: ad regnum ad imperiũ e Tusculis: e uolscis: e sabinis: ex Gallia: pannonia: Aphrica: Hispania: ex Arabia usq; ex toto orbe terraꝝ uiros idoneos conquisiuistis: ueneti fastidiunt probos & hermolaum barbarum & similes suos: ne dum alienos: quamobrem: quia studuerunt pecunię: non militię: mercature: non litterature: Magmedo nõ christo. ita sunt instituti: ut iam apud eos sit nephas confiteri ac penitentiã agere: de criminibus quę: pro rep. contra diuinam Maiestatẽ cõmiserunt. Romani homines sapientissimi tres ciuitates ita potentes: q; pondus imperii sustinere potuissent propter tria maxima uicia deletas esse uoluerunt. Carthaginem propter perfidiã: Capuam propt̃ superbiam: Corynthũ propter auaritiam: que crimina qualia in uenetianis sint diligenter attendite: ut hęc: & multa alia: quę uix in singulis reperiantur huic uni ciuitati propria uicia sint

Romani

Carthago
Capua
Corynth.

fol. 260

& peculiaria. fartores: sartores q; scelerum: inuentoresq; : ac artifices nouaꝝ machinarũ : quoꝝ cellę ac meatus corporis nihil aliud sunt: q;ʒ spiramenta proditionum. nemo cum eis cõmercatur: quẽ ad extremũ ad lachrymas nõ cogant: nullum bellum a multis sæculis inter Christianos gestũ est: cuius ipsi auctores non extiterint. nemo uenetias diuertit sit acutus: sit circũspectus: sit sapiens: qui non decipiatur: aut aliqua fucata merce: aut aliqua falsa gemma circumuenitur: aut a publicanis Syngraphã non accepit: aut exploratoꝝ numero est: deniq; est semp aliqua mala crux: quę deprehensos miseros torqueat: ac excruciet. & quę potest oratio eoꝝ superbiæ par inueniri? hi sunt hoies: qui aiunt apud se natã nobilitatẽ esse: qui soli diuites: ac modesti: soli sapientes sibi uidentur esse. nos aũt: qui nõ ut dracones recto pectore: & elata ceruice purpurati non incedimus: qui multa milia in arca non custodimus: sermonem in digitis nõ cõstituimus: argentea furcula non comedimus barbari sumus: intempantes: ebrii: demẽtes: ac uesani: principes autẽ omnes uno uocabulo tyranni: hominũ mendicabula: nos odere: nos contemnunt: sumus illis materia ad ridendũ uberrima. nos galli multum: sed certe uos Alemani non longe minus. nam quę nuptię: quę Comędia: aut fabula uenetiis unq;ʒ acta fuit: in qua primarũ partiũ Alemanus homo non fuerit introductus. uestri mores: sermo: uictus: habitus: incessus p mimmos: ac hystriones representatus ridere: & gaudere Venetias facit: exultare: triumphare: gestire. tanta est eoꝝ superbia.

Perfidia Venetorũ

Superbia Venetorũ

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Auaritia uenetorũ

tantus Alemanorꝫ contemptus ac irrisio. de Auaricia eorum ꝓfundissima melius est tacere: quam parum loqui. hoc tamen unũ nõ silebo: ꝙ quom Germania liberã se esse putet: sicut & esse debet: quom armis adhuc non potuerint astutissimi sophistę bene inuenerunt artem qua sibi tributariam fecerunt. Locant. n. mercatoribꝰ uestris domũ) lofundico de Todeschi) trigenta supra centum ducatis in singulos dies. non dico singulis annis: ꝙ quidẽ satis esset: dico singulis diebꝰ. quę quidem summa ad quadraginta: aut quinquaginta milia ducatorꝫ annua ascẽdit. hoc tributũ quotannis venetis pendetis. de gula immensa: de luxuria non attenet adme dicere: quam qui scire uelit recenseat greges: quid greges? imo exercitus lenonum: meretricũ: ac exoletorum. non sanguini: non religioni: non ętati: nõ sexui honor ullus adhibetur: uenus ꝓmiscua: venus indifferens: uenus sine lege. transeo crudelitatem: habent uenetiani suamacella humana carne referta, habent suas latomias: suos tauros: ut quondã inmanissimi tyranni habuisse memorant: in his excarnificãt subditos: quos aut propter eximias: ac singulares aliquas uirtutes: aut ꝓpter ingentes opes Tyrannis formidolosi: ac suspecti sunt. duo anni sunt quũ: exercitum uestrum alpinis saltibus dolo interclusum non militari more spoliauerunt: non subiugum n iserunt: non captiuũ Turcarum ritu uendiderunt: aut redimendi ꝑtatem fecerunt. quid ergo? ferro turcidauerunt. rubent alpes sanguine: albicant iuga montiũ ossibus uestrorum ciuium. Patauinus senatus ꝙ uobis studuisset:

Germania tributaria venetis.

Lofondico de Todeschi:

De Gula

De Luxuria.

De crudelitate

crudelitas eorũ in milites Germanos.

In Patauinos.

ac primarius vnusquisq; furcis: ac infęlicibus lignis pependit. Quę quom ita sint: audent tamen lugubri ueste: torto collo: flebilibus oculis: summissa uoce pacem poscere: & superioribus diebus deprehensi sunt cum scalis: & exercitu magno sub menibus veronensibus: ut urbem subnoctem inuaderẽt. & presidia uestra iugularent: & audẽt dicere. vultis o principes venetias alterum Italię occulum effodere: ac delere. non est tam Clementiũ principum illos ingeniosos artifices: illos honestos mercatores: illas ędes admirãdas uelle subuertere: que quanq̃m ex ruinis ac tropheis Romanorũ & grecorum: ac multarũ urbiũ uetustate constent: tamen quoniã sensu carent: nec quicq̃ cõmisserunt non sunt dignę tantorum principum ira. Quid igitur uolunt? uolunt ędificiis parcere: sed delere Tyrannidem eum Tyrannis: uolunt: ꝙ uenetię sint mercatrices non dominatrices. uolunt mare liberum: terras liberas: dacia gabellas: portoria deiicere: libertatem reducere: nam sicuti non decet principes mercari: ita etiam non cõuenit mercatoribus imperare: ac regnare. nunc aũt: dicitis. quid fecimus? quid cõmeruimus? quid conmeruistis? at non ita dicebatis iam sunt duo anni: quando alpes transgressi dannubium ac uiennam infestis signis petebatis: Bononiam: & urbinum: & Mediolanum superiore anno ante finem mensis Maii in uestra ꝑstate futuras esse iactabatis: quãdo pontificem Maximum paruũ Capellanum & minimum altaris ministrũ facturos prędicabatis: & Christianissimũ Regem Francorꝫ Venetias Cathenatum

Venetorũ uoces supplices.

Mine ac ludibria venetorũ

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Pon. Max Regem Francorũ Augustũ Maximilianum.

trahere minabamini. Et Cesarem Augustum uestram Cæs. Maiest. deformissimis picturis: atq; inhonestissimis Comediis: ac spectaculis ignominiosissime referebatis cũ titulo: & causa. hic est Maximilianus augustus Imperator Romanorũ: uiri nõ estis o Germani: cesareo animo uro solito amplius nõ estis Cęsar: si potestis tolerare has rapaces harpyias: has uenenosissimas aspides: tam uarias: tamq; uersipelles lynces: tam sanguinarias Tygrides sanctissime Imperatorie Maiestatis uestre calumniatrices: nomini germano infensissimas amplius dominari? Hęc de eorum Tyrannide sint dicta. sup est: ut de his: quę contra Christianos: cõtra religionem: ac deũ ipm cõmiserunt pauca subiiciamus. quod si hoc: tam insolito uobis: tamq; inusitato genere dicendi uestra humanitate diutius abutor sperate uos a deo non minora prępmia cõsecuturos: q̃z si sacerdote recitante Euangeliũ sacratissimũ audiretis. Vtinã Romane Imperator & uos: qui adestis: utinã Venetiani: aut ueri christiani: aut ueri Turcę fuissẽt. nã si ueri christiani fuissent? & Iherosolymas: & Constantinopolim: & totũ Orientem: ut quondã christiani possiderent: quom ualidis classibus: quibus plurimũ pollent ad defensionẽ: nõ ad euersionẽ christianorũ uti uoluissent. & si ueri Turcę fuissent nũq̃z passi fuissemus tam malas herbas omni Aconito pestilentiores in nris penetralibus: in nostris uisceribus: ac intestinis tam alte radices ponere: qn eos fundit9 extirpatos facto agmine ultra portas Caucaseas reiecissemus. nũc autẽ quom mali Turcę: peiores christiani sint: mõ quom

Epilogi p indignationem.

de his que fecerũt cõtra christianos Pars tercia.

Venetiani mali turce Peiores christiani

ambobus bella gerant: modo cũ utroq; societatem simulẽt: nũc hax: nunc illarũ partiũ: nemini fidi sint religionẽ christianã ad paruas Europę Angustias: & pene destructã mancã ac debilem cõcluserũt. ipsi sũt tamq̃z unũ repagulũ: & prognaculũ: unum antemurale: quod nisi pfractũ sit: nũq̃z hę duę diuersarũ legũ & repugnantiũ religionũ gentes Christiane: atq; Turce inter se cõcurrere: ac manus cõserere poterũt sed hinc ueneti: illinc Turce singulis annis aliquid de finibus christianorũ: sicut fluuius d̃ ripis abradẽt pstringent: amputabũt: donec facto impetu uniuersa cõfundent. ipi sunt tercia secta: siue Marrani sint: siue illi dubii: ac ancipites angeli inter bonos & malos: qui neq; cęlũ: neq; Inferos tenẽt: sed sunt lemures & mali genii: qui nocturnis incursionib9 domos pcursitant: & diurnis grandinibus ac tempestatib9 mare nauigantib9: & terras miseris aratoribus infestas reddunt: & ingressi corpora humana torquent: qui in aere Suspensi malo pposito remanserũt: nam quicqd̃ habent alienis calamitatibus adepti sunt: & credunt: & uera credunt: quod christiani aduersus Turcas pgressuri per eorum prouincias iter facturi fuissent: & unusquisq; suũ repetere malet prius: quã aliena destruere. q̃ aũt uero dico: quoties cruciata. i. cõiuratio: ac deuotio christianorũ in Turcas temptata est: & tocies a Venetis interrupta: precipue Pio pont. Max. qui: quom oia ppparata essent: ubi sensit sanctissimã expeditionẽ artibus ueneticis dissolutã uir acris ingenii: ac religionis amantissimus dolore interiit. Rhodus terra marique periculosissima ob-

Veneti Qui.

Lemures.

Cruciata:

Pius pon. maximus.

Rhodus.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

sidione a Turcis ꝑmebatur: quã cimbã: aut scapham in auxiliũ miserũt: qd̃ nisi religiosoꝝ uirtute: ac auxilio Genuensiũ defensa fuisset: sicut Constantinopolim in Turcaꝝ ptãtem deuenire necesse fuisset. Venetiani primũ auro: postea Constãtinopolis potiundi cupidissimi mõ cõmeatus: atq; arma Turcis magna classe cõportabant: modo exercitum eoꝝ ex Asia in Traciam ꝑ Bosphoꝝ transfretabãt: nihil omittebãt: qd̃ regiã urbem affligere posset ut interdũ: illa potirent. Constãtinopolis terra: mariq; durissime oppugnari cepta est. Constantinus imperator ꝑ clamdestinos nuncios lachrymabiles deꝑcationes ꝑfecto Veneticę classis mittebat: eũ obsecrans ꝑ deũ: qui sedẽ patriarchalem illic cõstituerat: ꝑ uirginem deiparã: cuius numini ciuitas consecrata fuisset: & cõdita: ut Impatori Romano: & Regie orientali misereret: ex tanta classe duas tantum naues subsidio mitteret. ad hęc ꝑfectus uenetícus respondit. nõ esse moris Venetoꝝ aliena defendere. ꝓinde si se ac urbẽ dederent cũ tota classe intraturũ ac obsidionẽ solutuꝝ. se cõmiserari duram christianoꝝ sortem: sed ab senatu tale mandatũ habere: q; nõ sine capitis periculo transgredi auderet. Interim Constãtinopolis capit̃. & crudelissime diripit̃: si unq̃ ciuitas dirrepta fuit: ita ut gemitus cadentũ & mulieꝝ eiulatus e ueneta classe exaudirentur. At uenetiani spe potiundę urbis amissa spolia urbis: & prędã a Turcis coemerunt: & plenis nauib9 uenetias remigrauerũt reliq̃as imperii Romani Venetias secũ deportãtes. nolite mirari Venetiani si nemo uobis auxiliũ ꝑbet q̃a uos auxiliũ ꝑbere uoluistis nemini: ne ciuitati quidẽ sacratissime uirgini ma-

Constãtinopolis

Gonstantini Impatoris uerba ad pref Venete classis

Respõsio

Constantinopolis diripitur.

tri dedicate: nescitis oím rerũ uicissitudinẽ esse: remãsistis cũ nullis amicis: & cum pauca pecunia. necesse ẽ uos inter ferales angustias perire oíbus inspectãtibus: sicuti Constãtinopolim uobis inspectãtibus interire passi fuistis. Quot ꝑterea ꝓceres: ac ciuitates Tracię: Macedonie: Gręcię: illyridis fidei ueneticeę: ac si dicerẽ ꝑfidie punicę se tradiderãt: quos oẽs: aut ꝑcipitauerũt: aut Turcis uendiderũt. clamabant illi miseri: quom Turcis dederent̃. ah uenetiani christiani sanguinis mercatores: ah christiane religionis desertores: & ꝓditores: & quo sermone: quib9 uerbis o iherosolyme: o sanctissima terra uos deflebo: nolo amplius mihi credi. res est iã annalibus memorãda. credatis Blondo hystorico ab oíbus approbato. fama erat saladinũ Ægyptioꝝ regem iherosolymas obsidere: nũq̃ nrã religio caruit defensoribus: q̃q̃ nũc: ita principes delicati sũt: ut si ad limites regni sui q̃uis exigui usque puenerint expeditionem se orientalẽ cõfecisse arbitrent̃ ad hãc famã multi ꝓceres uenetias cũ copiis cõuenere animati ꝑ sanctissima terra mori: petierũt ĩ syriam nauib9 transportari: uenetiani accepta mercede aduersos uentos simulantes eos in Dalmatia exposuerũt: & eoꝝ operaũsi sũt ad ladram: ac alias ciuitates: que rebellauerãt a uenetis recipiẽdas. interim iherosolyme capiunt̃: nõ quidẽ christianoꝝ negligẽtia: ut pleriq; arbitrantur: sed dolo: ac ꝓditione uenetoꝝ. Quis hic nõ uociferaret: excandesceret: ingemisceret. Pisani q̃mdiu floruerũt: Genuẽses omni tpe christianis in oriente laborantib9 suis classibus subuenerũt. at uenetiani semp infidi ac fraudulenti: semp crudeles extiterunt.

Iherosolime

Bloudus historicus

Pisani.

Genuens.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Sophi rex Persarũ.

Hic multa prętereo de sophi persaꝝ Rege: qui maximũ cũ Turcis bellum gerit: cuius oratores ad Christianos principes uenientes uenetiani retrocedere coegerũt. omitto longe plura de Emanuele Rege lusitanoꝝ: ac portugallensiũ: qui: quom a tergo lybie in mare rubꝝ classes multas iam miserit & Aegypti: Arabię: Persidis: Caramanię: Indię: taprobanę fines populatus fuerit a uenetis magno odio habitus est: q̃ eos in societatẽ illius cõmertii recipere noluit: ob eamq̃ causam fabros: materiã: arma Saldano Aegyptioꝝ tyranno miserunt: ut ędificata: atq̃ instructa classe Portugallenses a tantis inceptis sũmouerет. transeo quę in Cypro: in Creta: in ponto: in pelloponensso: in oĩbus Cycladibus cõtra christianos patrauerũt: ne uestras patientissimas aures eoꝝ sceleribus ulterius obtundã. unũ tantũ dicam: & finis erit. Hydrons ciuitas ẽ salentinoꝝ: in extremis oris Italię. Hanc urbem Turcę terra: mariq̃ obsidere adorti sunt. Illa Italię regio: que certe magna ac fertilissima est ad Garganos usq̃ montes tota turcarum flãmis exurebatur. & iam nõ regno sicilię tantũ: sed Romę: sanctuario dei: sed Italię: ac toti christianitati timebam⁹. Quis tũ christianoꝝ non ingemuit? quis opem nõ tulit? quom ab vngaris: ab extremo Septentrione: atq̃ occidẽte undiq̃ auxilia cõuenissent: & nõ principes: ac ciuitates solũ: sed familię fratrũ mendicantiũ quoq̃ subsidia p̃starent. soli Venetiani: qui tum classem paratissimã: ac instructissimã in anchoris Corcyrę tenebant: qui soli obsidionẽ soluere potuissent: soli spectatores: nõ auxiliatores esse

Emanuel Rex Lusitanorum.

Hydrons.

nota ꝓditionem uenetorũ in cristianos

maluerũt. quid auxiliatores? immo ꝓditores extiterũt. quom simultates gererent cũ Ferdinando Rege Neapolitanoꝝ ꝓpter Alphonsum filiũ: qui tũc Hetruriã bello quatiebat timentes: ne maior fieret: quõ ipsi nõ possent ꝑ Turcas suas iniurias ulcisci maluerunt: atq̃ ita Turcas in Italiã a suis ceruicib⁹ reiecerunt recordamini temporis illius: quom ab oĩbus fere christianis laboratum est: & morte Turci Regis egre obtinuim⁹: ut deditionẽ hydrũtis facerẽt. quot milia christianoꝝ tũc turcis manibus trucidata sũt? quantũ Christiani sanguinis exhaustũ est: quot nobilissimę matronę: quot uirgines: quot pueri: in miserã seruitutẽ rapti sunt: quoꝝ alii adhuc turcis abnegata fide seruiũt: alios ego uidi: qui quõ iure post liminii reuersi me ius dicente uix a parentib⁹ recognoscerent? totũ forum lachrymis cõpleuere. nõ memini christianos maiorẽ cladem ꝑtulisse o uenetiani quã uobis auctoribus ꝓpessi sumus. sed si hoĩes obliti sunt: nõ tamen deus tantę ꝓditionis ultor oblitterauit. sanguis illoꝝ clamat super uos: & sup filios uestros ante magni dei tribunal. uos: uos nõ Turcę illum cruorẽ effudistis. tẽpus erit quo uos illoꝝ cędes: atq̃ utinã non cũ uĩris uenetiis uestro sanguine rependetis. nã quid ego in tanto facinore deplorem: quis non omni odio: omni pena: omni supplicio uenetos dignos putaret: hic nõ me rudi aut simplici narratore opus esset: sed forti aliquo: atq̃ uehemẽti: oratore: aut acri p̃dicatore: ex his: qui pleni spiritu sancto ad ꝓplm̃ cõcionari solent. quãras lachrymas quantã inuidiã: quantas indignatiões excitaret sup

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Cõcluſio p enume/ rationem.

bia:potẽtia:corruptelle:furta:rapinę:oppꝝſſiones: ſa crilegia: ꝓditiones:ĩmanitates:impietates uenetoꝝ: qui iã ita indomabiles facti ſũt:ut cũ quattuor chri/ ſtianoꝝ potẽtiſſimis principib9 de ſũma rerũ decer tare audeãt:& ne uicti quidẽ quieſcere pñt:q expilan do:ſubornãdo:corradendo magnũ ex uicinoꝝ urbi bus imperiũ ſibi cõflauere:q omẽ auꝝ:argentũ:gem mas:uaſa:ſigna:tabulas:deniq; quicqd pulchri:quic qd p̃cioſi in toto terraꝝ orbe reperiri potuit:id totũ malis artib9 uenetias cõportauerunt: & cõgeſſerũt: qui mare ac terras intercludẽtes:mercatores cũ mer cib9 intercipiẽtes:nauarchos cũ nauibus demergen tes:uenenãdo:necãdo: excruciãdo oĩa cruore:oĩa la chrymis:& funerib9 cõpleuere:oĩa gabellis:& daciis & portoriis tyrãnica ſeruitute fędauere: ſacroſctõs ſacerdotes torquendo: bona eccĺie:cõſecrata ꝓpha nando:Sũmũ pontificẽ contẽnendo:p uulnera nr̃a: & p cõmoda eoꝝ ꝓpria ſua religionẽ chriſtianã ad has exiguas Europe anguſtias ac latebras deductã pene ſubuerterunt:ut cũ Turcarũ Rege tacitę cõſpi raſſe ac partiti eſſe uideant : ut ſcilicet ille orientali: ip̃i occidentali imperio cõtenti ſint.inimici nobilita tis:contẽptores principũ:dirreptores ac incendiarii urbiũ:ſpoliatores ꝓuinciarũ. hoſtes ſacroꝝ depecu latores reip.chriſtiane:labes : & ꝓnicies hũani gẽris. ſiccine dormitis o Germani.expectate parumꝑ:nam dum uos cõſultatõibus uacatis illi nocturnis ſcalis Veronã aggrediunt.Vos armis inclyti eas ignomi/ nias contra morẽ maioꝝ ueſtroꝝ toleratis:quas uix ignaui:ac vmbratiles:uix mulierculę mediusfidi9 to lerare poſſent.oh ſi nũc uiuerẽt illi Cimbri:ac Theu/

tones:q cũ C. Mario de imperio orbis dimicauerũt & illi:qui cum. C. Iulio Cęſare: Traiano : Antonio: Fuluio:Seuero: Cõſtantio:& cũ aliis plurib9 impa/ toribus tot bella geſſerũt: & qui Quintiliũ uarũ Ro manũ conſulẽ cum tot legionib9 trucidauerunt. Et illi qui Britanniã Angliã:partẽ Hiſpanię uandaliciã partẽ Italię Longobardiã a ſe deuictis gentibus de ſuis nõibus nũcupauere.Vbi nũc ſunt illi uſipites & tenchateri: illi ſueui:illi ſaxones:et Marcomãni Gua di Catti: Sicambri:heruli:Vandali: Goti:quoꝝ mi/ lites boni duces erant:& duces ipſi magni heroes.& illi qui cũ Henricis: Ottonib9: Corradis:Federicis: impatorib9 ſuis ſanctiſſimã ihero ſolymorũ terram ſuoꝝ corpoꝝ oppoſitione toties defenſarũt:quorũ trophea memorabilia adhuc pendere cernunt.Vos igit̃ qui eſtis eorũ indubitati filii: indubitati ſucceſ/ ſores uirtutis:honoris: & glorię uelitis etiã eſſe ueri imitatores in exercendis illis hęreditariis uirtutib9: quas ſcio in uobis eſſe q̃ꝫ maximas: & q̃ꝫ plurimas. nolite p deũ immortalẽ: nolite pati tot iniurias pri/ mũ uobis : deinde ceteris chriſtianis: poſtea deo re demptori nr̃o a uenetis:atq; a Turcis illatas ampli9 inultas ac impunitas eſſe:qui in expugnatione ori entis : ut cętera nefandiſſima ꝓtereã in oĩbus tẽplis aut meretrices ꝓſtituerũt:aut equos ſtabulauerunt: aut templa ip̃a demoliti ſunt:aut Magumedo homi/ ni impuriſſimo ac nefandiſſimo quẽ p deo colũt de dicauerũt:oſſa ſanctoꝝ:reliq̃as ſanctiſſimas canib9 ac porcis obiecerũt.imagines crucifixi.d.no.ie.xp̃i. heu pietas : heu priſca fides : imagines crucifixi ad caudas equoꝝ deligatas extra ciuitates in caſtra ad

Trophea ac uicto/ ria Germa norum

Anglia Vandali/ cia Longobar pia

Cõciuſio per cõmi/ ſeratiõem et cohor/ tationem.

Magumedo

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Imago crucifixi.

ſonum tympanorũ raptantes: ſputo: cenoq; fędantes in altiſſimam crucem iterum ſuſtulerunt. & lapides ac ſagittas ciaculãtes exclamauerunt: hic ē deus Christianorũ ludibrium christiane gentis: ſed maxime Germanorum: penes quos imperium eſt: cur igitur uos non preitis? cur nõ prefertis uictrices aquilas: & reliqui christiani uos ſequẽtur aduerſus uenetos primum: qui ſunt ſeges: & materia tantorũ malorum: deinde aduerſus ipſos immaniſſimos christiani nominis hoſtes Turcas. nã iſta ueſtra odia ac bella inter uos inteſtina: iſtas uenationes: cõuiuia: ſtructuras: delicias ueſtras: liberos: uxores: hanc uitam ueſtram una parua arua: una parua febricula omnia commutabit: omnia corrumpet: & paulo poſt nihil erũt. at uero que p redemptore: & creatore deo noſtro facietis: ea uobis ppetua manebunt: & dum uiuetis: & dum ad fęliciorem uitam demigrabitis ſemper uos comitabuntur: floreſcentq; cotidie: magis: magisq; ęterna fient: nã in aliis cauſis: & ea: quę habetis paruo momento dillabent: & quę pdetis nũq; recuperabitis. at uero in hac ſanctiſſima expeditione: & quę habetis nũq; amittetis: & quę perdetis in celeſtibus Theſauris omni tempore condita reperietis. Ergo perfringite iſtud obſtaculum. adequate: ac obſtruite hanc peſtilentiſſimã mephitim ac ſentinam: hanc uoraginem: & precipiciũ omniũ uiciorũ. uendicate: & uos: & chriſtianum orbem in libertatẽ: ſoluite uos a tanto metu. Eradicate genus: poteſtis eſſe tuti: ſi relinquitis eos quibus Venetie: hiſtria: liburnia: Dalmatia: Corcyra: Cephalenia: zacynthus:

Aquile Cur reiectis

Venetorum Comuia

ſtaculũ Creta: ac cyprus adhuc ſuperſint? patefacite iſtas exacrabiles ac diras: portas uenetianas: que tãdiu christianos aduerſus infideles pgredi elaborantes cõtinuerũt. poſtea deo auctore aperto mate maiorib9 auſpitiis Turcas aggreſſuri. Et ea pietate: qua ſanctiſſimũ. do. no. Iulium pont. Max. qua Chriſtianiſſimũ noſtrum Francorum Regem: & Catholicũ Regem Aragonum principes ſapientiſſimos: exactę ętatis: & cõſumatiſſime uite: tres columnas chriſtianam religionem ſuis humeris ſuſtentantes eſſe uidetis: eodem: & uos o Maximiliane Auguſte: o proceres: & ciuitates imperii Romani: qui prima ſuſtinendę libertatis: ac religionis columna eſſe debetis & animo: & pietate eſſe debetis. nam niſi illi uidiſſent excidium: ac ruinas a Venetis: & a Turcis chriſtianis imminere: certiſſimãq; uictoriam ſperarent nunq; pfecto tamq; iuſta: ac pia: tam ſancta aduerſus eos arma ſumpſiſſent. dixi o Romane Impator O gloriſiſſime ac exuberantiſſime deus redemptor dixi: & ſi quid profeci: gaudeo dixiſſe. quod ſi etiam nihil pfeci. tamen gaudeo me tuę humanitati: ac diuinitati morẽ giſſiſſe. tibiq; : ſi huic tuę expeditioni ſanctiſſimę hanc uitam meam cõducere arbitrabor: eam deuoueo: ac quibuſcumq; cruciatibus exhibeo: quia tu pro meis: ac aliorum peccatis tuã miris tormentorũ exemplis excarnificandam tradidiſti.

Finis

Christianiſſimus rex Francorum

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Eiusdem Lodouici Heliani uenatio leonũ. Pontifex Max. Cęsar Augustus: Rex Francorũ: Rex Aragonum Venatores.

Venantum canimus Regum: & ferra bella leonũ:
Maxima. que: nsani funera martis opus.
Alma faue armorũ: & nemorum Tritonia præses:
Et qui bella colunt: & iuga summa dei.
Dicite uos muse dulces: quis crederet vnquam
Aequora fuluicomas incoluisse feras:
Aut terram Ausoniam alligeros aluisse leones:
Quamq; Cyclopas sicilis ora tulit
Non hic aethola dicetur cuspide fixus:
Cerua: nec herculeo robore captus aper:
Dicã monstra hominũ: & quis commutauerit illa
Et scelera: & pugnas: accipite incipio:
Quod mare: quod tellus iam iam captiua iacerent:
Non fuit hęc ditis: nec fuit ire Iouis.
Omnis erat piceis Aquilonibus obruta classis:
Restabat toto nulla carina mari.
Tunc primũ timuere homines sulcare profundũ:
Nec qui si uentis credere uellet erat.
Nullus honorabat rumidi pia numina ponti:
Votaque soluebat: nemoque thura dabat
Tum grauiter frendens uitreaq; rector aquarum:
Humanum uoluit mergere sæpe genus.
Deucalioneas iam ter concusserat undas
Perdere: sed uoluit nos grauiore malo.
Est locus: Adriaci Venetas dixere paludes.
Nunc mare: nunc terra est tot rotat unda uices.

fuluicoma Fera.
Alligeri Leones

Illyrici: Albenses: & iuncto Dalmata sclauo:
Quique colunt pontum: cicladas: & Cilices:
Cercassi: æthiopes: Mamalucchi: Iannizari que:
Omnia purgauit littora prodigiis.
Hique uenenatas liquerunt phasidos undas.
Illi Hiliacos deseruere sinus.
Non absunt lydi: Strophades: non syrus orontes:
Nec gens plena odiis punica: fraude: dolis.
Pyrratę: profugi: damnati: sacrilegique:
Mendici: mimini: turba nefanda maris.
Denique criminibus cunctis patefecit Asyllum.
Hæc stagna: hos æstus: has petiere casas.
Colluuiem: & fęces hominũ collegit in unum:
Et quot erant homines tot dedit esse feras.
Et digitos teretes rigidos curuauit in ungues:
Vt possent rapere: & rapta tenere diu.
Gutturis ingenti baratrum patefecit hiatu:
Iugluuiem posset quod saciare nihil.
Neue propinquaret: neu quis superesset amicus
Spirantem grauiter iussit olere animam.
Non satis alipedes humeris quoq; nexuit alas.
Vt pelagus: montes: ut super aëra uolent.
Iratos fecit vultus: toruosq; leones.
Horribiles uisu: terribilesque sono.
His furiis: his tormentis iam mille per annos
Nos deus: & nostros excruciauit auos.
Fallitur hoc: qui me maledicere carmine credit
Reddo lacessitus damnaque: reddo uices.
Leserunt alios me dirripuere: sed ultor
Carmine bella gero: Rex meus ense gerit.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Iura dabant ignem ex facie:rabiemque uomentes:
Hic infamis eras Barthole sancte aliis.
Quicqd erat pulchri subiecta per oppida: ad usque:
Verebant auida uilia saxa manu:
Quod reliquum fuerat catuli:fętęque leęnę
Verrebant:famulęque:& niger ore charon.
Damnabant ciues aliqua sub criminis vmbra:
Sed proceres solo hoc nomine crimen erant.
Torrebant oleo miseros:ferroue calenti.
Iste manum:hic oculos:perdidit ille caput.
Stridebant populi: & taciti sua damna gemebant:
Vt strident stygię sub Rhadamanto animę.
Appellas:Iesus rigidum:sanctumque senatum:
Herodes:Cayphas:Anna Pilatus erant.
Turpis: & in venerē gens proiectissima:plusquam
Aut Sybaris:Capua:aut Pythagorea croto.
Deformes iuuenes:& cana senecta uacabant
Sardanapalineis solicitudinibus
Quid referam illicitos ęętus:& quę ipsa trahebat
In noctem longum stella diurna merum?
Cæsareas que dapes miseroꝝ sanguine partas:
Ad rem damnosos:& fera bella canes:
Cætera prętereo.nam cum uestalibus ipsis
Fas erat in sacro concubuisse thoro:
Italiam:Italiam:italiam: pleno ore salutant
Conseruatores:scilicet:Italię
Immo euersores:ergastula dura: Nerones
Estis: & immanis barbara barbaries
Est doctus:fortis que nihil:si proditor:illi
Prępia magna cito proditionis erant:

Vos linguā horretis latiam:moresq; latinos:
Vestra sonant totam guttura Dalmatiam.
Aequebant tumidi se:& prę sua gesta ferebant
Oh scelus/inuictis Martia Roma tuis.
Noctua sic aquilam:timidum sic damma leonem
Prouocat:& paruus sic elephanta culex.
Bellorum causas:armorum semina docti
Spargere:& artifici nigra uenena manu.
Vt solet horribilis gaudens spectare ruinas:
Quas prius allecto texuit arte sua:
Sic isti armabant Reges:multoq; cruore
Nostra triumphabant si te puisset humus.
Non maris:aut terrę sat erat turbare quietem
Tentarunt interponere bella deos.
Ante triumphantis Genuensia festa Georgi
Semileo celebrant te pie Marce diem.
Petrus: & Ambrosius clari duo lumina cœli
A Venetis grauiter lęsus uterque fuit
Huic sunt conati trifidum extorquere flagellum:
Et Mediolanum dirripere ante oculos.
Illius aggressi laceram expugnare carinam.
Pastorem turbarent:pascere gramen oues.
Ter quater omnipotens Venetos iubet ante citari:
Ter:quater actores non uoluere pati:
Dicentes veneti:si scandent culmina cęli
Cęlicolum inficient:angelicosq; choros:
Ambibunt superos:& erunt etiam altera rursus
Dira cathenati pręlia luciferi.
Prętera lata est dudum sententia:adestque
Patronus,Marcus dicere iussus ait.

S. Marcus.
Marcebuni dux.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Dum ueneti contra Mahumetidas arma gerebant:
Dumque mali minus: his ip se patronus eram:
At postq placuere illis furialia bella:
Furta: latrocinia: toxica: adulteria:
Quod nunqz: tantúque nefas fecere Gigantes:
Ista Gigantęa noxa luenda nece est.
Erubui semper tales habuisse clientes:
Defero eos semper: quod meruere habeant.
Talibus æternam pacem: rigidumq; tribunal
Querebant placidos sollicitare deos.
Non bellum contra Turcas dominantib9 istis.
Spes inter nostros nulla quietis erat.
Omnia turbabant auro comitante ueneno:
Hæc duo celesti ppposuere deo.
Et uelut effugiens hosti loligo sequenti
Nubem atramenti proiicit ante oculos:
Sic isti si forte aliquid fecere timendum.
Ambiguas tenebras regibus iniiciunt:
Non satis a Cypro fuerat quicquid iacet: usq;
Qua Phaetontæas Abdua rumpit aquas.
Et non contenti totum spoliasse profundum:
Duraq; captiuo subdere uincla mari:
Sacra fames auri: & dominandi cęca libido
Per scelus immodicas crescere suasit opes.
Per scelus omne duces raserunt regna: Thetrarcas
Ingressi summi uiscera pontificis.
Gaudebant niueas uexilla inferre per alpes.
Ante oculos ibant hister: arat: Rhodanus.
De Roma: & tota Italia iam actum esse putabant:
Orbis anhellabant Imperium occidui

Non pudor ullus erat: nec erat reuerentia diuum:
Prodere mentiri: polluere: opprimere.
Et seimmortales iactabant: deinde timeri:
Non aliterq; coli: quã uoluere dei.
Sicut aues alias bubo: & cornicula fallax
Ludit regales iinproba vulturios
Ridebant ipsos nullo discrimine reges:
Ipsum cum magno Cæsare Pontificem.
Vngare magne potens: & te inuictissime Cæsar
Iactabant foldis uos meruisse suis.
Namq; minabant (sunt testes) pręsulis almi
Pulsatas mitra cedere uelle nates.
Et te clericulum: & paruum ad pia sacra ministrũ
Facturos o lux maxima sancte pater.
Rupturosq; tua inuicta Rex France corona
Perfractum (oh facinus) terq; quaterq; caput.
O fęces hominũ: porcorum semina: non uos
Talia de tanto dicere Rege pudet?
Hoc caput est: quod christiculũ pius orbis adorat:
Quod Babylon: quod tu maxime turca tremis.
Non tulit arctoi moderator maximus orbis
Cæsar: qui triplici cingit honore caput.
Nec ualet ulterius tantas tolerare querelas
Hortatur proceres: & sua regna suos.
Hortatur socios sceleratam excindere gentem:
Pontificem imprimis maxima Roma tuum.
Continuo Reges Gallus: Romanus: Hiberus
Cæsare cum magno federa sancta ligant.
Retia rara parant: & acuto spicula ferro.
Fertur Marmarica lancea torta manu.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Maros in stragem: atq; hostim: quę inuenit ęrynnis
Sicut ab irato fulmina missa ioue.
Non desunt laquei: pedica: ancipitesue secures:
Non eques armato conspiciendus equo.
Primus ab Herculeis descendens Alpibus heros
Gallicus: hic centum traxit in arma Duces:
Quingentos duxit proceres: & mille phalanges:
Innumerabilium milia plura canum.
Rex Lodouicus equo & fulgentibus acer in armis
Suscitat in rabidas arma cruenta feras.
Nec minus expediunt alia se in parte leones:
Prudentes aliquis crederet esse uiros:
Vnguibus effodiunt terras: & castra coronant:
Et tecti ferro pectora fida gerunt.
Signa sequi: parere duci: seruare tubarum
Classica: conspiceres ordine stare suo.
Erumpunt portis rabido feruore duabus:
Partiti in turmas sic abiere suas.
Exaciunt iras: caudaque: & dentibus uncis:
In ferumque graui murmure prosiliunt.
Vos quibus Aonidũ est: studiũq; & spiritus ingens
Dicite quot strages ediderint Veneti:
Me leges: & cura fori: ingratiq; labores
Impediunt elego carmine tanta loqui.
Id referam: dubio hęrebat uictoria Marte:
Ni Regis presens dextra tulisset opem.
Ille aciem totam in uenetos dirrexit: & illos
Disgregat: & penetrans agmina densa secat.
Virtutis memores illi: memoresq; salutis
Pulchrius esse putant in fera bella mori.

Ergo inter cędes gaudent: & tęla: uirosq;
Obitia perfringunt: dillacerant: laniant.
Intrępidiq; ubi densa uident uenabula currunt.
Dant alternantes: accipiuntq; neces
Pugnauere diu: sed ne morerentur inulti
Fortia strauerunt corpora multa hominum
Tum uero audires ictus: fremitusq; cadentum.
Rheticus hinc: ualles hinc tremuere Padi:
Donec Celta cohors: Italnmq; exercitus omnis
Vndantem hostili strage cruentat humum.
Corpora magna boum ueluti prostracta uideres:
Totaq; insolito prata cruore natant.
Aut capti: aut cesi innumeri periere leones:
Se dedit infami cętera turba fugę.
O Carmignolę: & clari Coleonis in armis
Gaudete o manes impiger ultor adest.
O Rhaguseì: & ligures super æquora cęsi
In bellis Venetis uester hic ultor adest.
O cruce signati: qui sancta uidere sepulchra
Vultis: at in solymas iam patefacta uia est
Hic finis Veneti imperii: cecidere tyranni
Innumeri: nunc est libera terra: mare.
De te magno leo Regum Rex maximus albis
Quattuor in lauri fronde triumphat equis.
Nec uero te sancte pater: te maxime iuli
Altera belli huius gloria prętercam.
Tu pepulisti armis uenetos ex urbe Rauenna:
Atque Fauentina: Flamminiaque tua.
Tu rem Romanam magnis legionibus auges:
Clauigeri attollis dirruta templa Petri.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Quondã fracta mouet ſub te tua Roma lacertos
Et ueterum meminit fortia facta Ducum.
Et ſtupet inſolitos non in Iouis ire triumphos.
Ad Vaticani: ſed pia templa dei.
Nec uero iam te Cæſar memorande ſilebo.
Qui Rhenũ in uenetos: dannubiũq; trahis.
Cuius in euganeos: Patauina ad męnia Campos
Alpinis fluuitant omnibus arma iugis.
Nec tarteſiacis ducens regnator ab oris
Vſque a Cantabrico carbaſa mille ſinu.
Nec ueteres hoſtes ligures: nec Gallica uela.
Omnia turritis puppibus alta fremunt.
Sed uos o proceres: qui iam uiciſſe putatis
(Ingentes urit parua fauilla domos.)
Ite triumphales infenſa ad męnia Reges.
Vincere laus prima eſt: altera ſcire frui.
Si uenetũ uultis bellum neſcire ſecundum
Infeſtum ex ima uellite ſtirpe genus
Diſtulit: & poterat Capitolia uertere Pęnus:
Et graias Hector: ſi uoluiſſet opes.
Viuere priuatus neſcit: qui publica rexit.
Sępe rebellabant: ſępeq; tęla ferent.
Prędualidę uires: immenſa pecunia in urbe eſt.
Regna ſubornabunt ambitione: dolis.
Conſtantinę urbis uetera monimenta Quiritum
Hic ſunt: & Cypri: (fęnora) regis opes.
Dirrip uere omnes: nemo illos: hic latet aurum:
Occiduę hic latitant: hic orientis opes.
Per pontes in equis Venetam ſi intratis in urbem
Nullę iam Baię: nullaq; Abydos erunt.

Plus maris hic quanto eſt: quã Seſtus diſtet Abido
Veſtra quidem tanto gloria maior erit.
Non tamen o Veneti deerunt ſolatia uobis:
Ne deſperetis gaudia ueſtra manent.
Sunt caſſes: hami: naſſeq; tridensq; paluſtres
Sunt: & quas arcu deiiciatis aues.
Non deſunt Gobi: Rumbi: Muli: cocleęq;
Cumq; faginatis oſtrea Mugilibus.
Sunt fora: ſunt merces: & auita pecunia terris
Abdita: ſunt totidem carbaſa: mille rates.
Dedite principibus: ueniamq; oretis ab ipſis:
Prętorem mittent: qui fora ueſtra reget.
Vrbanis uacui curis ex equore toto
Vndiq; contractas puppe uehetis opes.
Fortunã quicunq; nequit toleare ſecundam:
Aduerſam nolit: ſeu uelit ille feret.
Vos ergo ad proprias artes redeatis auorum:
Armaq; & imperium linquite principibus.

Impreſſum Auguſte Vindelicorũ. per M. Ioannem
othmar. apud Cenobiũ ſanctę Vrſulę. eis Licum
Anno ſalutis hnmanę M.D.X. die XII. Maii.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Item cum uno denario sulphur quo [illegible] arrideatur
Item salarinar ad mures auferre magnitudinem
Item Creta agrippina ad magnitudinem mures tollere
Omnia ista in mortario trita et deinde in aceto
posita subtilius faciei uel nasi removent
Et deinde cum te aqua sublimata Glandifera sepe
Lauabis medicina et optima

Item Epartzke

Item Epartzke in wein gesotten vnd Entzig
vertrib aus dem menschen alle pöse
feuchtikeit der pestilentz frangosen
vnd alle tag nimt nöen leibichen abge
trunken ist der gesund

Item wan ainer rostpraut ist der nem
seine platter vnd sters crwasser gemischt
vnd gestrichen ist gesund;

Item
aquam
Zeigt
[illegible]

Item aqua rosta gtta [illegible] valent